

IOACHIMI VADIANI HELVETII CARMEN
MAXIMORVM CAESARVM, FRIDERICI
tertii Patris, & MAXIMILIANI filii, laudes cō-
tinens. Anno domini. M. D. XIII. in secūdaria
FRIDERICI sepultura, & Parentatione
EXAM emissum. Ad MAXIMILIANVM
CAESAREM. AVG.

PIERIDVM poteram turbam, Regemq; uocare.
Qui magnum æterna collustrat lampade mundum,
Et rutilæ lucisq; Patrem, cœlicq; Tonantem
Cui subſunt tellus noſtra hæc, cui pontus & aer,
Et quæ cœlorum rapitur uertigine flamma:
Hæc etenim dudum præsentia numina uatum
Credidit, & uotis uenerata est grata uetus tas.
At mihi ſi dederit uires in carmina ſacrum
MAXIMilianeo deductum pectori numen,
Non eſt q; Cœlos, ſuperumq; extrema fatigem
Agmina, nec Bifido diſtantes uertice colles.

Inuocatio.
MAXimiliane igitur ſcripturo æterna parentis
Defuncti monimenta faue, Primordia laudis
Magne tuæ Cæſar conor, mihi carminis absens
Elargire decus, uotisq; allabere noſtris,
Gallorumq; furor ceptis non impius obſit,
Quos male de imperio meritos, uicticibus armis,
Occiduis iam nunc agitas in finibus, ingens
Seu res consiliis agitur, ſeu Marte ſecundo
Tendis in aduersos repetitis iectibus Hostes,
Gesta Patris referens, ſimilisq; per omnia Patri.
Qui dum mortali conſceptus corpore, Terras

Viribus ingenii est omnes moderatus & armis,
Nec sedem Diuos inter cœlestibus oris
Anxius in nostram noctuq; diuq; salutem,
Constituit, curæ Iouis æmulus, omnia pace
Aspersit, siue hæc bello, siue arte parata est,
Maxima qua superat uictrix discrimina uirtus.
Huncq; ipsum fato nomen cepisse putandum est
Germanum, quo se pietas, uirtusq; fidesq;
Nectentes, foelix possent sperantibus omen
Reddere, & optatam FRIderici in uoce quietem.
Nam postq; Syrios comprendit classe recessus,
Per uarias gentes, per iniqua q; littora uectus,
Sacra Palestinam uisens monimenta per urbem,
Et rigida Christi uenerandum in rupe Sepulchrum,
Hic ubi non longe, septemplicis ostia Nili
Per mare Cœruleum, late uenientibus undis
Grassantur: lucetq; Pharos, dirimitq; tenebras.
Postq; sublimis sese intra mœnia Romæ
Milite Teutonico cinctus, Aquilisq; superbis
Marte suo, statuit, sceptri & de more Coronam
Impostam nutu Patrum, sanctiq; senatus
Accepit Cæsar, gelidasq; reuersus ad Alpes
In Patriam, reducesq; Aquilas, reducemq; Gradiuum
Ornatos duxit titulis cœlestibus, & se
Ad regni applicuit rigidas Augustus habenas,
Numine ut a sacro motus, proprioq; uigore,
Erexit uarias Diuis tutantibus ædes,
Et sacra multiūugis ornauit mystica donis,
Totus amans uitæ melioris, & omnia lustrans
Quæ memorem facili tenuere a numine famam,

Nomē fatale
Fridreich.

Laus a reli-
gione.

Vtq; reus uoti rotsum Romana petiuic
Mcenia, non multo stipatus milite supplex,
Scit Latii tractus, scit fœlix Austria, sedes
Principis Asonii, quantum mirarier omnes
Tam addictum cœlis animum, tam conscientia recti
Consilia, & duros unicentia tempore casus,
Regula Principibus quibus haud protta resedit,
Ceperunt, Certe hac pietate potentia maior
Visa est miranti populo, mirantibus astris,
Quæ sensere Deos lætari Principis ampli
Relligione, fide, uirtute, insignibus actis,
Namq; humiliis raro mens est ubi uiribus aucta
Crescit, & incerto blanditur sine potestas,
TV non Antoni Cleopatrae in amoribus ardens,
Esto sorte tibi pars tercia cesserit orbis,
Hoc animo dites Arabas, ditesq; rigante
Aegypti populos Nilo, Deltamq; triformem,
Intrasti, Tu non peperit cui bellicus horror
Sanguinis & fusi rabies moderamina mundi,
Dictator Cæsar: patriæ lachrymantis ad oras:
Hoc animo, sauuus cum uerteret omnia miles
Venisti, Generi non fausto nomine uictor:
Cum gemuere nephias pugna trepidante Philippi,
Defleuitq; Pharosc apud a ceruice resectum:
Nulla deum uobis reverentia, nulla Dearum,
Pacis amans, Diuumq; simul FRIDericus, adeptis
Non tantum fisus terris, non fortibus armis,
Cum loue participis fecit sibi regna triumphi,
Hæc uirtus: hæc uota dabant: cœlestibus aulis,
Audita, & nullo discedens iure potestas:

Et Mausolæo Caras super astra sepulchro.

Fama leuat, uacuo pendentibus aere saxis,

Elæosq; agros decorat Iouis amplior ædes,

Ipseq; Phidiaca stans Iuppiter arte politus

Auctior, & cœlo qualis dum præsidet alto.

Pyramides Nili, uicinæq; culmina cœlo

Tot manibus congesta olim, tot sumptibus, augent

Aegypto, solidocq; Obeli de marmore, famam.

Multa Semiramidis memores per carmina Muri,

Qui magnam uallo circum Babylona dedere,

Cantaturq; domus, auro circumlita Mœdi,

Mennoniæq; trabes, Rhodiorum plurima laus est

Corporis immensi per membra immensa Colosus.

Candida prætereo Gnydiae simulachra Diones,

Idq; genus complura, quibus leuis illa uetus tas

Capta, sui solum mirata est temporis artes,

Quas tantum solers juniorum industria uincit,

Rustica simplicitas quantum illo tempore uicta est.

Et gelidis ueniens syluis, incompta uetus tas,

Marmoris exigua constructum mole sepulchrum

Pondere forte minus, tamen arte hæc omnia uincit

Indubia, quæ tam famam, nomenq; per orbem

Nacta, simul rapidis ceciderunt ictibus æui.

Hactenus indigetis uolui monumenta Parentis.

Juniorum industria maiores vici.

MAXIMILIANE tui tenero complectier orsu,

Paucula de multis humili libasse Camœna

Sit satis, ingenii uires maiora nequibant,

Tempore quas Musæ, pulcherq; iuuabit Apollo

Et pede grandisono fœlicia regna canentur.

Vtq; Patrem, sic te, tenui nunc carmine Natum

Transitio.

Laus Maxi-
mil. Cæsar.

Officio stimulante cano, licet ardua uires
Facta negent, humeriq; onus hoc sufferre recusent,
Audendum tamen est, Maior tibi copia laudis
Astruitur rebus maioribus, Inclite Cæsar:
Quamuis nemo patris superari amplissima gesta
Crediderat, Natumq; olimq; non credita, posse,
VERVM, ut odoriferi generoso palmitæ fructus
Carpuntur, raroq; probo de stipite gemma
Degenerat, pinguiq; solo plantaria culta
Uberius reddunt, cupido sua poma Colono,
Sic tu Cæsareo Cæsar de sanguine natus,
Adiicis ante actis famam, titulosq; paternos
Vincis, & ingenuæ propugnas stirpis honorem:

Raro Cæsar
Cæsaris filius

Romulidum Soboles olim, cum maxima regni
Cura aderat, raro cognati pignore lecti
Fortunata fuit, grauibus successit habenis
Prolis adoptatæ, proprii non sanguinis hæres:
Sic Dictatori princeps Octauius olim
Successit, sic tu Tyberi fœlicibus aris,
Augusti: tibi sic ascito sanguine Caius,
Sicq; aliis alii sed Vespasianus adultæ
Germine prolis erat fœlix, poteratq; uideri,
Si non crudelis uiciasset facta parentis

Domitianus.

Successor, si non nimis effrenata libido,
Vexasset tristes animos, & iniqua Tyrannis.
Tu Cæsar, patris successor Cæsaris, addis
Hoc in signe decus generi stirpiq; beatæ,
Quod perquam rarum est alioqui: & tempore nostro
Præsertim imperii statuit quo electio Regem.
Sub te libertas rediuiuos instruit artus,

Et ueteris reuocat iusta incrementa salutis:

Vtq; ea diuersas uigeat repetita per oras,

Et iuga non meriti pellat uiolenta laboris,

Contendis, nulla est armis concessa potestas

Teduce, quæ meritam possent effringere Pacem.

Libertatis habes charissima pignora passim

Cæsar, & hoc uno passus discrimina Mundus,

Quod non matura concessit morte PHilippus

Heu nimium trucibus fatis: hic arte Paterna

Instituit solida liberrima regna quiete,

At uoluere dei, quorum Pater agmen adornat,

Ad similes operum curas supesse Nepotes,

Carolus ad Batauos, & Belgica protinus arua

Rem gerit, hic titulos gestis augebit auitos,

Et libertatis gratæ monimenta relinquet:

Ferdinandus item similis uirtute, sed annis,

Iunior, Hesperiis regnum sibi comparat oris,

Atq; auiae teneris Leonoræ condit in artus

Virtutem, sanctamq; fidem moresq; decoros:

O pulchram sobolem, O fœcundæ stirpis honorem

O gentis nunquam morituræ pignora. Verum

Maximilianæum qui uincere tempore nomen

Pergit, & inuictos gestis superare triumphos:

Marmorici flauam metiri pergit harenam

Pulueris: & cunctis imponere nomina stellis.

Non assentari Cæsar non ludere, mens est,

O utinam possem rebus conformia tantis

Carmina uel facili, dulci tamen, edere: Musa.

PRIMVM, Pegasides capiunt stypendia Nymphæ

Principe te, facilemq; docent fulgere iuuentam

Philippus rex

Carolus.

Ferdinādus.

Diua Leonoræ Maximil. parens.

Muse Cæsaris stipendijs honoræ.

Poetica a Ma
ximiliano sus
citata.

Viennensis
schola.

Deoꝝ in Cæ
sarē volūtas.

Prisca Ger
ma. fortitudo
neglecta.

Moribus & placido cultæ moderamine uocis
Te duce, Parnassum, Cyrrhæaq; culmina Phœbus
Liquit & ad flauum Musis comitantibus Histrum,
Exercet gratas Cythara resonante Chreas,
Et prius ignotas artes, facilemq; leporem
Ingenii, & doctæ terrentia fulmina linguæ
Aduexit, Nitet his, fama celebrata Vienna,
QVAE grauibus studiis faciles, cultosq; Poetas,
Auspice te(rerum uera ornamenta) iugavit:
Te duce, paulatim flauos crinitus Apollo
Germanos, Musis rigidas superantibus Alpes,
Collustrat, quia te proles Cyllenia Diuis
Indixit, uoluitq; Patris chorus omnis amore,
Vinceret ut prisco Germana potentia Marte,
Cæsaris & uirtus tueretur MAXIMILIANI.
Ingenii uires iussere accedere, & olim
Quæ nati uitam memorarent carmine, Musas.
Gestaq; uenturis imitanda Nepotibus. His tu
Fœlix Cæsar agis: Iam nunc mihi dicere fas est
Gesta Patris uincit, maiorq; per omnia Patre est
MAXimilianus honos gentis super æthera notæ.
Allicit Heroum tutantes nomina Vates:
Et uigiles aquilas, Germanaq; suscitat arma,
Ingeminans ueteres reparato Marte Triumphos
NOTA fuit quondam uictrix Germania multis
Hostibus(ut nunc est) titulos & Marte superbos.
Asciuit, Verum uictus nil scripsit: & omne
Collapsum est meritæ specimen uirtutis in umbras.
Et si quos rapuit ueri sincera cupido
Narrandi, hos, flammis aboleuit, sæuior ætas

Tygribus effætis: Lybicisq; ferocior Vrsis.

Plinius.
Tacitus.

Quid Tacitus quondam: quid uerax Plinius: hosce
Perdidit(ut credunt) titulis inimica uetus tas,

Germani bel
latores.

At mihi per flamas, & iniquam fortibus actis

Inuidiae rabiem, teturum cessisse sub Orcon

Creduntur(quanq; suspendat opinio uerum)

Indigenæ vires sudabant fortibus armis:

Totaq; robustos crescebat fama per artus,

Nulla animis doctrina fuit, facundia lingua;

Ignota, Ignotus paciente in corpore luxus,

Crediderim Curios hoc tramite Fabriciosq;

Romanas olim vires auxisse: fidemq;

Militiae, at nullas animos nituisse per artes,

Quid scribat Miles hostili sanguine tintus?

Præsentemq; diem pensans, nec multa futuræ

Commoda disponens, sua per discrimina laudis:

Hoc maioris erat, propriam curare salutem,

Protinus & patriis urgere a finibus Hostes:

Quam docili armorum monimenta parasse Nepoti.

Sic memores animos: sic iusto Marte Triumphos

Constantes siluit bellis intenta Vetustas.

Iam uero, postq; fœlicia sæcula nobis

Ingenij vires
corporis ro-
bori nra etia-
te coiuncte.

MAXIMILIANAE redierunt aucta fauore,

Connatæ vires menti membrisq; uidentur.

Et parili florent corpusq; animusq; uigore,

Belliger hinc Mauors, horrendis ardet in armis,

Hinc Cytharis ludit Martis securus Apollo,

Et circum faciles incendit carmine Musas,

Iam seruatur honos meriti: memoranda perenni

Gesta peragrabunt inhiantes laude Nepotes.

Interea Cæsar, siue hunc, seu respicis illum:
Officium tutoris agit, stricto ense Gradius
Hunc tamen in geminos comitatur fortius Hostes:
Testis adest audax alieno milite Gallus
Proh pudor: albentes glacie compulsus in Alpes
Heluetum nuper tantum auxiliaribus armis,
Itala cum tremeret cassa formidine tellus.
Sunt Veneti testes, terram pontum colentes
Amphibii, frendensq; Notis erit Adria testis,
Et iuga paulatim discet Germana subire,
Spumigenamq; olim referet Iouis ales ab undis
Regnaq; proripiet secum ad Germania Leonem.
Quo feror? Hæc olim maioribus indita chartis
MAXimilianæas ostendent carmine uires,
Imperiique decus, Viuusq; optabitur astris
Cæsar, & exstructis terris uenerabitur aris.)

F I N I S.)

Icon / nummorum sparsorum, Viennæ in Diui

Fride. III. iterata sepultura: Anno. M.

D. XIII. XVIII Kalen. Decembris.

